

2

NONAE SESSIO-
NIS, QVÆ IN SACROSAN-
CTO TRIDENTINO CONCILIO
XVII. SEPTEMB. EST HABITA, CA-
NONE ET DECRETA.

I.

De Communione & vſu Calicis.

II.

De Sacrificio Missæ.

III.

De Reformatione Cleri.

Anno M. D. LXII.

DECRETVM DE Communione & vſu Calicis.



NS V P E R C V M E A D E M
Sancta Synodus superiōri Sessione du-
os articulos aliās propositos , & nondū
discussos , videlicet incipientes (An ra-
tiones &c.) & in aliud tempus oblata sibi
occasione , examinandoſ referuauerit , &
successiue maximorum instantia petitū
fuerit , eosdem articulos per eandem sanctam Synodum
examinari & definiri , & aliquibus Nationibus , ob gra-
ues & multiplices causas Christianæ charitati consenta-
neas in medium propositas , vſum Calicis seu facultatē
ordinarijs locorum illum concedendi sub inſrā scriptis
conditionibus concedi , & secum inſuper oportune di-
ſpensari debere .

Volens Sācta Synodus , uelut pia Mater , saluti omnīū
ſalubriter (quantum in Domīo conceditur) prouidere ,
cognoscens tamen huiusmodi negotium à ſeipſo & de
preſentī tuō penitus absolui & definiri non posse , id ve-
ro , re prius diligenter perspecta & examinata , ac omni-
bus mature cōſyderatis , tandem censuit , quod Sanctiss.
Dominus noster adhibita ea cauſae cognitione , que Bea-
titudini ſuā videbitur adhibenda , illis Nationibus , ac
populis , quibus ſua Sanctitas proficiunt ac vtile id fore
cognouerit , ſub inſrā scriptis conditionibus , vel etiam
alijs , quas ei Spiritus sanctus ſuggererit , et ſi Sanctita-
ti ſuā opportunum viſum fuerit , etiam ex voto , conſilio
& approbatione huius Sanctae Synodi p̄efatum calicis
viſum , ſeu concedendi facultatem petitam concedat , & cū
illis desuper etiam misericorditer & benignitate Apo-
ſtolica diſpenset .

A 2 Condi-



CONDITIONES, QVIBVS vſus Calicis concedi posſe videtur.

P R I M O , vt sub vtracq; ſpecie coommunicare volen-
tes in reliquias omnibus , tam quoad Sacramentum hoc,
qua cætera Sacra menta : Item in quacunq; materia , quo-
ad fidem , doctrinam , ritumq; conueniant , corde & oris
confessione , cum ijs omnibus , quæ à Sancta Romana
Ecclesia ſunt recepta , nec non decreta omnia huius San-
cta Synodi , tam promulgata qua promulganda reli-
giofe admittant , & obſeruent .

S E C V N D O , vt pastores dictarum Nationum ,
& concionatores credant , & doceant , conſuetudinem
ab Ecclesia probatam , & diu obſeruatam , videlicet co-
municandi ſub altera tantum ſpecie , non eſſe alienam à Di-
uino Iure : immo laudabiliter & tanquam legem obſer-
uandam , niſi ab Ecclesia aliter ſtatuatur , quodq; aliter
pertinaciter ſentientes , haereticis ſint cendendi , nec alijs
dent hanc communionem ſub vtracq; ſpecie , niſi qui cre-
diderint hanc veritatem , & confefſi fuerint .

T E R T I O , quod Sanctiss. Dominu noſtro Papæ ,
vt legitimo vniuersali Ecclesiæ Episcopo & patori , de-
beant fideli animo & ſincero , vt reuerentes filij , omnem
reuerentiam exhibere .

Q V A R T O , quod Archiepiscopis , Episcopis &
alijs prælatiſ ſuis ſimiliter debitam obedientiam ac reue-
rentiam præſtent .

Q V I N T O , vt hic vſus Calicis , eis tantum per-
mittatur ,

mittatur , qui contriti & confefſi fuerint , iuxta Catholicae
Ecclesiæ conſuetudinem .

Item , vt ordinarij quam diligentissime omnibus cau-
tionibus prouideant , ne in administratione Sanguinis
aliquid sacrilegium aut prophanatio admittatur , ſuper
quiſbus omnibus praedictis eorum conſcientia oneratur .

Secundus Articulus , An ſit danda hæc facultas Ar-
chiepiscopis & Episcopis dictorum locorum , vt vnuſ-
quiſq; tanquam legatus ſedi Apostolicæ poſſit commit-
tere Curatis Eccleſiarum exiſtentium intra diocesim ſuam ,
vt coommunicent petentes ſub vtracq; ſpecie in dictis Ec-
cleſijs tantum , conditionibus tamen ſupraſcriptis .

A 3 IHESVS.

I H E S V S.
Doctrina & Canones de Sa-
crificio Missæ.

SAcrosancta Synodus &c. Ut vetus absoluta atq; omni
Sex parte perfecta de magno Eucharistiæ mysterio, in
sancta Catholica Ecclesia fides atq; doctrina retineatur,
& in sua puritate, omnibus propulsatis erroribus at-
que hæresibus, cōseruetur, de ea quatenus verum & sin-
gulare sacrificiū est Spiritus sancti illustratione edocta,
hæc quæ sequuntur docet, declarat, & fidelibus populis
prædicanda, eorumq; pectoribus inculcanda decernit.

Quoniam sub priori testamento (teste Apostolo Paulo) propter Leuitici sacerdotij imbecillitatem, cōsummatio non erat, oportuit Deo patre misericordiarum ita ordi-
nante, alium secundum ordinem Melchisedech surge-
re, Dominū nostrum Iesum Christum, qui posset omnes,
quotquot sanctificandi essent, consummare, & ad perfe-
ctum adducere. Is igitur Deus, & Dominus noster, & si
semel seipsum in ara crucis, morte intercedente, Deo pa-
tri oblatus erat, ut eternū illic redemptionem operaretur,
quia tamen per mortem sacerdotium eius extinguen-
dum non erat, vt se sacerdotem secundum ordinem Mel-
chisedech in æternum constitutum ostenderet, & dictæ
sua sponsæ Ecclesiæ visibile (vt hominum natura exigit)
relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in cru-
ce peragendum representaretur, eiusq; memoria in finem
vscq; seculi permaneret, atque illius salutaris virtus in re-
missionem eorum, quæ a nobis quotidie committuntur
peccatorum, applicaretur, in coena nouissima qua nocte
tradebatur, corpus & sanguinem suum sub speciebus pa-
nis & vini Deo patri obtulit, ac sub earūdem rerum sym-
bolis, Apostolis, quos tunc noui testamenti sacerdotes
consti-

constituebat, vt sumerent, tradidit, & eisdem eorumq; in
sacerdotio successoribus, vt offerrent, præcepit, per hæc
verba: Hoc facite in meam commemorationem, vt si semper
Catholica Ecclesia intellexit & docuit. Nam cōsum-
mato veteri Pascha, quod in memoriam exitus de Aegy-
pto multitudo filiorum Israel immolabat, nouum insti-
tuit Pascha, seipsum videlicet ab Ecclesia per sacerdotes
immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo
ad patrem, quando per sui sanguinis effusionem nos re-
demit, eripuitq; de potestate tenebrarum, & in regnum
suum transtulit, & hæc illa munda oblatio est, quæ nulla
indignitate, aut malitia offerētium inquinari potest, quā
etiam Dominus per Malachiam nomini suo, quod ma-
gnum futurum erat in gentibus; in omni loco mundam
offerendam prædixit, & quam innuit Apostolus Paulus
Corinthijs, scribens, cum dicit, nō posse eos, qui partici-
patione mensæ Demoniorum polluti sint, mensæ Domini
participes fieri, per mensam altare vtrōbīq; intelligēs.
Hæc denique illa est quæ per tot sacrificiorum naturæ &
legis tempore similitudinem figurabatur, vtpote quæ o-
mnia per illa significata, veluti illorum omnium consum-
matio, & perfectio complectitur.

Quoniam in Diuino hoc sacrificio quod in Missa per-
agitur, idem ille Christus continetur, & incruentè immo-
latur, qui in ara crucis semel seipsum cruentè obtulit, do-
cet sancta Synodus sacrificium istud verè propitiatori-
um esse, per ipsumq; fieri, vt si cum vero corde & plen-
itudine fidei, cum metu, & reuerētia, contriti ac pœnitentes
ad Deum accedamus, misericordiam cōsequamur, &
gratiam inueniamus in auxilio opportuno, huius quippe
oblatione placatus Dominus, crimina & peccata etiam
ingentia dimitit, gratiā donat & gloriam. Una enim ea-
demq; est hostia, idem numero offertur sacerdotum mī-
nisterio qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola ratione offe-
rendi

rendi diuersa, cuius quidem oblationis, cruentę inquam, fructus per hanc incruentam vberimē percipiuntur, tantum abest, vt illi per hanc quois modo derogetur. Quare pro fidelibus, non solum viuis, sed etiam defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis, rite (iuxta Apostolorum traditionem) offertur pro peccatis: pro eius satisfactionibus, & alijs necessitatibus.

Et quamvis in honorem & memoriam sanctorum non nullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli qui illos coronauit, vnde nec sacerdos dicere solet. Offero tibi sacrificium Petre vel Paule, sed Deo de illorū victorijs gratias agens, eorum patrocinia implorans, omnesq; ad eorum imitationem cohortatur.

Porro cum sancta sancte administrari conueniat, sitq; hoc omnium sanctissimum sacrificium, Ecclesia Catholica, vt dignè reuerenterq; offerretur, ac perciperetur, sacram Canonē instituit, ita ab omni errore purum, vt nihil in eo continetur, quod non maximè sanctitatem & pietatem quandam redoleat, mentemq; offerentium in Deum erigat.

Cumq; natura hominū ea sit, vt non facile queat sine admīculis exterioribus, ad rerum diuinarum meditatiōnem sustollī, propterea pia mater Ecclesia ritus quosdā, vt scilicet quædā submissa voce, alia verò elatiore in Missa pronunciarentur, instituit, cæremoniās item adhibuit, vt mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliacq; eius generis multa, ex Apostolica disciplina & traditione, quo & maiestas tanti sacrificij commedaretur, & mentes fidelium per hæc visibilia religionis ac pietatis signa, ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

Optaret quidem sacrosancta Synodus vt in singulis Missis fideles aliqui communicaret, quod ad plures eius

sanc̄tis-

sanc̄tissimi sacrificij fructus perueniret, nec tamen li id non semper fiat, propterea missas illas in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, vt priuatæ & illicitas damnat, sed probat potius atq; commendat, si quidem ille quoq; missæ vere cōmunes cēseri debēt, partim quod in eis populus spiritualiter cōmunicat, partim verò quod à publico Ecclesiæ ministro, non pro se tantū, sed pro omnibus fidelibus qui ad corpus Christi pertinēt, celebrētur.

Monet deinde sancta Synodus præceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus, vt aquam vino calice offerendo miscerent, tum quod Christum Dominum ita fecisse credatur, tum etiā quia è latere eius aqua simul cum sanguine exierit, quod sacramentū hoc mixtiōe recolitur, vt cum aquæ in Apocalypsī beati Ioannis populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo vniō representetur.

Et si Missa magnam contineat populi fidelis eruditōnem, non tamen expedire vīsum est patribus vt vulgari passim lingua celebraretur, Quamobrem retento vbiq; cuiuscq; Ecclesiae antiquo & à sancta Romana Ecclesia probato ritu, ne oues Christi esuriānt, ne paruuli panem petant, & non sit qui frangat eis, mandat sancta Synodus pastoribus & singulis curam animarū gerentibus, vt frequenter inter missarum celebrationem, vel per se vel per alios, ex ijs quæ in missa leguntur, aliquid exponant, atq; inter cætera sanctissimi sacrificij mysteriū aliquod declarant, diebus præsertim Dominicis & festis.

Quia verò aduersus veterem hanc in sacrosancto Euāgelio sanctorumq; Patrum traditionibus fundatam fidē atq; doctrinā tempore hoc, multi scripti sunt libelli, multa quoq; docentur, atq; disputantur, sancta Synodus post multas grauesq; his de rebus maturè habitos tractatus, unanimi Patrum omnium consensu, quæ huic purissimæ fidei, sacræq; doctrinæ aduersantur, damnare, & à sancta Ecclesia eliminare per subiectos hos Canones constituit,

B

Canones.

Canones.

- Canon pri-
mus.*
1. Si quis dixerit in Missa non offerri Deo verum & pro-
prium sacrificiū, aut quod offerri non sit aliud quàm no-
bis Christum ad manducādum dari vel tantum prodesse
sumenti, Anathema sit.
 2. Si quis dixerit Missæ sacrificium tantum esse laudis &
gratiarum actionis, non autem propitiatorium, neq; pro-
viuis & defunctis, pro peccatis & pœnis & alijs necessi-
tatis offerrī debere,, Anathema sit.
 3. Si quis dixerit illis verbis. Hoc facite in meam com-
memorationem. Christum non instituisse A postolos sa-
cerdotes, aut non ordinasse, vt ipsi alijq; sacerdotes offer-
rent Corpus & Sanguinem eius, Anathema sit.
 4. Si quis dixerit blasphemiam irrogari sanctissimo Chri-
sti sacrificio in cruce peractio per Missæ sacrificium, aut il-
li per hoc derogari, Anathema sit.
 5. Si quis dixerit imposturam esse. Missas celebrare in ho-
norem Sanctorum, & pro illorum intercessione obtinē-
da, sicut Ecclesia intendit, Anathema sit.
 6. Si quis dixerit Canonem Missæ errores continere,
ideoq; abrogandum esse, Anathema sit.
 7. Si quis dixerit Cæremoniās, vestes & externa signa,
quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica vti-
tur irritabula impietatis esse, Anathema sit.
 8. Si quis dixerit Missas in quibus solus sacerdos com-
municat, illicitas esse, ideoque abrogandas, Anath-
ema sit.
 9. Si quis dixerit Ecclesiæ Romanæ ritum quo submissa
voce verba consecrationis proferuntur, damnādum esse,
aut lingua tantum vulgari Missam celebrari debere, aut
aquam non miscendam esse vino, in Calice, eo quod sit
contra Christi institutionem, Anathema sit.

EADEM

EADEM SACROSANCTA SYNO-
dus &c. Reformationis negotium prosequi in-
tendens in præsenti sessione prout se-
quitur statuendum censuit.

Canon Primus.

Nihil est quod aliâs magis ad pietatē ac Dei cultū assi-
due instruat, q; eorū vita & exēplum qui se diuino
ministerio dedicārunt. Cum em̄ à rebus seculi in al-
tiore locū trāslati cōspiciant, in eos tanq; in speculū religi-
oculos coniūct, ex hisq; sumūt quod imitetur. Quapro-
pter sic decet omnino Clericos ad Dñi munus electos vitā
moresq; suos oēs cōponere, vt habitu, gestu, incessu, ser-
mone, alijsq; om̄ib; rebus n̄l nisi graue, moderatum, ac
pietate plenū præ se ferant, leuia etiā delicta, quæ in ipsis
maxima essent, effugiant, vt eorū actiones cunctis & re-
creationē afferāt & venerationē. Cum igit q; maiori in Ec-
clesia Dei & vtilitate & ornamēto hēc sunt, ita etiā diligē-
tius sint obseruāda, statuit Sācta Synod⁹, vt q; aliâs à san-
ctis Pōtificib; & à sacris Cōcilijs de Clericorū vita, hone-
state, cultu, doctrināq; retinēda, simulq; de cōmissionationi-
bus, chōreis, alēis, lusib; & hoc gen⁹ criminibus, nec nō
secularib; negotijs fugiēdis copiose ac salubriter sancita
fuerūt, eadē in posterū h̄sdē pœnis, que oīa p̄sentī decreto
innouata, obseruen, Episcopi vero, si qua in desuetudinē
ab ijsse cōpererint, ea quā primū in vnum reuocari, & ab
oībus accurate obseruari studeāt, ne neglectæ subditorū
emēdationis ipsi cōdignas Deo vindice pœnas p̄soluant.

Canon Secundus.

Nemo posthac ad Cathedrales Ecclesiās assumat, qui
vltra à sacris Canonibus requisita in vniuersitatis studio
nō fuerit in sacra Theologia, vel invtroq; seu in altero iu-
riū Doctor seu Līcēciatus, vel aliâs graduat⁹, & in ordine
sacro cōstitut⁹, nisi ea vitæ integritatē simulq; eruditiois
celebritate ac nataliū splēdore ita illustratus, vt hēc in eo
ornamēta, publicū Doctoris gradū nō obscurè cōpenset.

Canon Tertius.

Ecclesiæ Cathedrales, quarū fructuū verus valor, 500. ducatorum auri de camera summam non excedunt, pensionibus etiam ex causa resignationis minime grauentur; quæ verò dictum valorē excedūt, nunquā vltra dimidiā fructuum, neq; etiam adeò grauari possint, vt saltē quingenti integrī prælato non relinquantur.

Canon Quartus.

Parochiales Ecclesiæ, quarum fructus, 500. ducatorū auri de Camera summam non excedunt, pensionibus annuis etiam ex causa resignationis nullo modo grauentur, quæ vero excedunt nunquam pensionibus vel reservationibus fructuū vltra dimidiā post hac grauari possint, & semper ad minus 500. ducati auri de Camera rectori parochialis Ecclesiæ maneant.

Canon Quintus.

Episcopi ex fructibus omnium dignitatum, quibus in Ecclesijs Cathedralibus vel Collegiatis de iure seu consuetudine īest iurisdictio, administratio vel officium, tertiam partem in distributiones singulis diebus festiū assignandas, eorum arbitrio diuidere possint, vt qui personaliter competens sibi seruitum, iuxta formam ab ordinario præscribendam, saltem quolibet die festo nō impleuerit, illius diei distributionem amittat, nec eius quoquo modo dominium acquirat, sed fabricæ Ecclesiæ applicetur. Hæc in ihs Ecclesijs tatum constituta intelligatur, in quibus nulla est consuetudo vel statutum, vt non seruientes partem aliquam amittant, quæ ad tertiam partem dicatorum fructuum ascendat, non obstantibus consuetudinibus etiam immemorabilibus, & constitutionibus etiam iuramento & quauis autoritate firmatis.

Canon Sextus.

Canonicī portionarij & quicunq; pacifice eas obtinente præbendas, quibus onera varia sunt annexa, videlicet ve-

alij

alij Missas, alij Euangeliū, alij Epistolā cantē, teneātur, iusto impedimentoo, cessante, ordines suscipere requisitos, consuetudine quacunq; in contrarium non obstante, nec alijs de cætero fiat prouisio, nisi ihs, qui iam ætatem & cæteras habilitates integrè habere dīgnoscuntur, alijs irrita sit prouisio.

Canon Septimus.

Dispensationes quacunq; , si extra Romanam curiam committendæ erunt, cōmittantur ordinarij illorum, qui eas impetrauerint in ihs quæ gratiose conceduntur, ab eisdem tanquam delegatis apostolicis summarie tantum & extra iudicialiter cognosci possit an expresse preces veritate nitantur, quas si veras non repererint dispensationes ipſæ suum non fortiantur effectum.

Canon Octavus.

In Commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non nisi ex iustissima causa fieri debent possint Episcopi tanquam delegati sedis apostolicæ cognoscere, an narrata in precibus veritate nitantur, quæ si falsa repererint, commutationes prædictæ executioni non demandentur.

Canon Nonus.

Causæ super beneficij, quorū fructus sine distributionib; quotidianis 24. ducatorum auri de Camera, verum valorem non excedunt, in prima instantia coram ordinarij locorum in partibus cognoscantur, qui ad definitiū quacunq; annotatione aut inhibitione non obstantibus procedere possint, nec appellationes in ijsdem admittantur, nisi definitiua, vel definitiuæ vim habente, vel à grauamine, quod per appellationem à definitiua sententia præparari queat.

Canon Decimus.

Metropolitani in appellationibus ad eos interpositis in quibusvis causis tam in admittendis appellationibus,

B. 3. quam

quām in cōcedendis inhibitionibus post appellationem Ius Cōmune seruare teneatur, iuxta formam & tenorem sacrarum constitutionum, & pr̄sertim constitutionis Innocencij. 4. in Concilio Lugdunensi, quæ incipit. Romana quacunq; consuetudine, etiam immemorabili aut priuilegio in contrarium non obstantibus, aliás inhibitiones & processus exinde secuta quacunq; sint ipso iure nulla.

Canon Undecimus.

Episcopi in Casib; à iure concessis omnium p̄iarum dispositionum etiam inter viuos sint executores, habeant ius visitandi hospitalia, confraternitates, scholas, montes pietatis sive charitatis, & pia loca omnia, quocunq; nomine censemur, atq; rationem administrationum ab ijs quos oportuerit exigendi. Cætera huius generis oīa, quæ ad Dei cultum aut animarum salutem, aut pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio iuxta sacrorum Canonum statuta cognoscant & exequantur, non obstante quacunq; cōsuetudine etiam immemorabili, exemptione, priuilegio aut statuto in contrarium.

Canon Duodecimus.

Administratores tām Ecclesiastici quām Laici fabricæ cum suis, Ecclesia, hospitalis, montis pietatis & quorumcunq; piorum locorum singulis annis teneātur reddere rationē administrationis Ordinario, & primam dignitatem obtinenti in Ecclesia, qui eo tempore pr̄sens fuerit in loco: quod si ex consuetudine immemorabili, aut priuilegio, aut ex consuetudine aliqua loci ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc cum ijs adhibeat etiam Ordinarius, nū illiter forte in fundatione aut dotationē talis fabricæ expressè cautum est, cæteris alijs consuetudinibus etiam immemorabilibus exemptionibus & priuilegijs in contrarium sublati, & aliter factæ absolutiones dictis Administratoribus minime suffragentur.

Cum

Canon Decimasterius.

Cum ex Notariorum imperitia plurima damna, et multarum occasio litium oriatur, posuit Episcopus, si Apostolica authoritate creati fuerit, tanq; delegat' sedis Apostolice, aliás authoritate, ordinaria examinatione adhibita, eorum sufficientiam scrutari, illisq; non idoneis repertis officij eius exercēdi usum pérpetuo aut ad tempus prohibere, aut eorum appellatio interdictionem ordinarij suspendat.

Canon Decimus quartus.

Si quem Clericorum vel Laicorum, quacunq; is dignitate pr̄fulgeat, in tantum malorum omnium radix avaritia occupauerit, vt alicuius Ecclesiae, seu cuiusvis secularis vel regularis beneficij bona, fructus, emolumenta, seu quascunq; obuentiones, quæ in ministrorum & pauperum necessitates conuerti debent, vi vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, seu quacunq; arte, aut sub quocunq; quæsito colore, in propriis usus conuertere, illosq; usurpare ausus fuerit, is execrando Anathemati tām diu subiaceat, quām diu bona, fructus & redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quocunq; modo etiam ex donatione suppositæ personæ, peruererint, Ecclesiae eiusq; administratori integrē restituerit, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit: quod si eiusdem Ecclesiae patronus fuerit, etiā iure patronatus ultra prædictas poenias de ipso priuatus existat. Clericus vero, qui fraudis & nefandæ usurpatiōnis huiusmodi confabricator seu consentiens fuerit, eisdē poenias subiaceat, nec nō quibuscunq; beneficijs priuatus sit, & ad quacunq; alia beneficia inhabilis efficiatur, & à suorum ordinum executione sui ordinarij arbitrio suspendatur.